

bus & fororibus. Nihil erat sceleris, quod non admitterent contemptores religionis & Deorum. Ludicrum est, dicere cunctos fuisse gigantes, tameti in sententia Sberlogi, 1. Antiq. Hebraic. Disert. 4. scilicet. 4. n. 3. primos orbis terrarum incolas, maiores statua communi, ac proceriores fuerint; qua de causa Adam dicitur gigas a Moyse Bareapha, ut diximus, Tom. 1. T. 4. 6. & de Noë Berofus, quò dudum: unus inter gigantes erat, qui Deorum veneratione & prudentior cunctis, reliquis ex probis erat in Syria: huic nomen erat Noe. At non stricte vox summenda, uti videbimus; sed vel metaphorice, vel pro aliquibus amplioris magnitudinis, qui vel respectu tunc viventium, quibant appellari gigantes: Sicut alijs deinde nostrisque temporibus, rari quidem, sed nunquam ferre de fuerint (ait August. d. cap. 9.) qui modum aliorum plurimum excederent. Hoc in sensu vel tunc corporis vassitas altruenda, vel ridenda inusitatae magnitudinis testimonia; quippe vel historiae ficta, vel belluarum dentes & ossa, vel cautes a natura excavata, vel arte in formam cogitatum effecta; ut de Aethi monte in effigiem Alexandri, & de rupe in idolum Semiramidis; uti indicavimus (ex Gasarello, de Curiositate. cap. 5. n. 3. & Goroppio Tom. 4. cit. T. 8. etenim quae sub terra inventa speciem habebant humanorum ossium, seu speciem cadaverum; & quae super terram a vulture exca, quasi paulatim elaborata a natura, pro lubito aptabant in expressionem formae, quam vividius referebant. Multa in huiusmodi formas videris apud Olam Magnam, d. lib. 2. cap. 5. & 28. Solin. cap. 15. Offa nunc detegi (ait) quae sunt adinstar corporis humani, sed modo grandiori, argumento saxorum immanium. Ducti huiusmodi ambitione Priscis, lapides terebant in sepulchra gigantum, ut quò maiora faxis altaris essent sepulchra, eo corpora viderentur ampliora. In monte Gelobe iacet Goliath in medio viae, lignorum ad caput habens acerrum, & super cum congeriem petrarum; ita ut à viginti milliaribus non possis incentrare lapidem, quia consuetudo est, ut quotiescumque quis ibi transsit, ternos secum lapides deferat, illicque proiciat. Haec tenus perfidus Saubertus de Sacrific. Veter. cap. 5.

Primi homines fuerunt gigantes. Idem.

August.

Unde regitata apud in gigantibus proceritate

Solin. Sepulchrum Goliath.

Raramita-morphosi. Ortel.

Paulan.

Spelunca Adami, & lesulul.

Lud. Rom

Ofior.

Præter dicta loc. præfat. audiendus & Abrah. Ortel. in Tabul. Tartaria, Russe & Moscovia, ubi varias ex faxis asperis animalium hominumque formas in deserto describens, subdit: Haec saxa humanum, iumentorum, camelorum, pecorumque, ceterarumque rerum forma referentia, Horda (id est, turba) populi gregis pascentis, armentique fuit: quae stupenda quadam metamorphosi repente in saxa riguit, priori formâ nulla in parte diminuta. Evenit hoc prodigium annis circiter trecentis retro elapsis. Idem dicendum de fictione Graeciae erga Aiæcis vassitatem, atque sepulchri amplitudinem. De Aiæcis magnitudinem me coniecturam capere posse (subdit Paulanias cap. 34.) quod genuum vertebrae, quas molas medici appellant, atque instar esset eius quo athleta ij, qui sunt Quinquæ quæstiones, utuntur. In templis & sepulchris ut præterita exaggerarent, studio ossa, vel ossium speciem reponabant. Unde idem cap. 105. de Philolao Deo, seu Heroe, inquit: Offa ea, quibus in gymasio bonos habetur, sunt illa quidem insigni magnitudine hominis tantum fuerunt. De Adamo, & Eva, ait Adrichom. in Iuda, n. 7. ex selectis AA. iuxta monumentum Caleb, fuisse speluncam Adami, in qua tradunt, primos parentes multo tempore, centum videlicet annis, luxisse Abelem filium interfectum: ibique visuntur lecti eorum faxei, habentes longitudine triginta pedes. Speluncam triginta pedum indicat Breidembach, in Agro Damasi, non lectulos. Unde posteritas commenta est cadavera, aut corpora eiusdem longitudinis cum spelunca. Idem Arabes fingunt de utroque parente in Infatla Zeylan sepulco. In vastissimi fastigio montis (ait Ludovic. Roman. lib. 6. Navigat. cap. 4. (speciem cerni, ubi memorant, Adam post lapsum stivisse culpam, & pedem eius vestigia saxo impressa conspici adhuc, geminum palmum excedentia. Ridet, ut par est. Sanctus Davila, 1. de Veneration. reliquit. cap. 7. n. 2. patet quoniam ludicrum ex variatione fabularum. Est in media insula (inquit Osforius lib. 4. de Reb. Emmanuel. prope medium) mons præcelsus, multis paludibus cinctus. Ex illius summo fastigio collis assurgit, & cuius medio ex lacu quodam aqua dulces emanant. Prope lacum est silex, in qua cernitur vestigium hominis impressum. Est autem insitum incolis vestigium illud esse primi parentis generis humani, qui inde in caelum sublatus ab illis esse dicitur. Non procul autem inde sacellum visitur, in quo duo sepulchra mira superstitione concurrent: existimant enim, in his condita fuisse corpora primi hominis & uxoris illius, &c. Aliter refert Petr. Maffeus Historiar. Indicar. lib. 3. quem videlicet, sicut quæ libavimus in Ephemer. fuscè, plurimis in diebus: ex quo quidem elucet quantum fictum, à & posterioribus creditum, sermoneque ne potibus traditum.

26. Satis sicine in relatas & creditas hominum priscorum proceritates; potissime senten-

sententibus (qui referunt, dum adiunt sepulchrum amplissimum) à cadavere occupatum: in quo facillime decipiuntur, ut patet in sepulchro augustissimo David, de quo Ioseph. 7. Antiq. cap. 12. & lib. 13. cap. 16. ex sepulchro Cleopatrae, ut refert Plutarch. in M. Anton. & etiam Hectoris, quod in tutelam filij eius elegit Andromacha, cuius illustris sententia in discrimine tantò apud Senec. in Troad. v. 505. gnato dicentis: Sanctas parentis conditi sedes (36 e) Aude subire. Fata si miseris iuvant; Habes salutem: Fata si vitam negant, Habes sepulchrum. Claustra commissam tegunt.

Olim ampli sima sepulchra.

Senec.

Hinc à vulgo creditum, ubi inventum sepulchrum; totum illud spatium occupasse cadaver: qua quidem fide non solum indicabant gigantem molem, sed immanem etiam inter gigantes vassitatem, Observat Paulanias, cap. 319. subdens: Tityi sepulchrum, aggeris ambitus nibilo maior unius stadij trionte. De Tityo versus in Odyssa est: Provecumque novem Tityon per iugera terra.

Homert.

Paulan.

Hunc versum non ad Tityi magnitudinem, sed ad illam in qua situs est aream pertinere existimant, quod novem ea iugerum sit. At Cleon Magnes, eos maxime homines rerum miraculis fidem habere non concessit dicebat, quibus in tota vita non contigisset quicquam intueri, quod esset communi hominum opinione maius; se certe adduci posse, ut crederet & Tityum & alios ea magnitudine, quam fama prodidit, fuisse. Sumpta est à Priscis huiusmodi cogitatio, cum quia extra, seu potius ultra conditionem ceterorum sese iudicabant, si reliquos proceritate corporis excedebant: tum etiam quia nihil arbitrabantur posse fieri magnum, nisi præcelleret vassitate inusitata corporum, quae antiqui Heroes celebres facti inter homines. Hac insania ductus Alexander Magnus (qui suæ demptum exultimabat gloria, quicquid cessisset alienæ) ut gesta facta crederentur haud ab homine, sed à Numine, sicut Libero Patri tribuebantur & Herculi; post columnam erexit cum inscriptione: Alexander Rex huicque penetravit, ut ait Glycas; monumenta quoque castrorum iussit extendi, cubilibaque amplioris formae, quam pro corporum habitu relinquit, ut speciem omnium augeter posteritati fallax miraculum preparans. Hac Curtius lib. 9. cap. 3. Arrianus lib. 3. cap. 3. Diodor. Sicul. 17. n. 95. Orofius, 3. cap. 19. Lullin. 12. n. 8. & Plutarch. in Alexander. Vid. Tom. 6. T. 4. n. 23. Huiusmodi ingenij inventionem quasvis videri plusquam homo, dum in vestigijs amplioris proceritatis felicitata posterorum admiratio, & ut ait Lucan. Pharsal. lib. 3. v. 233.

Quid anud Priscis statua nimis procerca.

Glyca.

Lucan;

Vide gigantes

Deut. 2. 10

Virgil.

M. Varr.

Et quare exparantibus communitur statua.

Hic ubi Pelæus post Tethyos aquora ductor Constitit, & magno vincti se fassus ab orbe est.

27. Gigantes fuisse ex Biblijs contrarietate unde gigantes inter ceteros homines, ambigitur, afferentibus multis, ex incubis demonibus genitos, quod quidem ab Ecclesia iam explosum. Adi Iidor. 11. Origen. cap. 3. August. 15. civit. cap. 23. Lorin. in Sapient. 14. 6. Siftum Senens. 5. Biblioth. Annot. 76. & 77. Alapid. & Perer. loc. cit. Hinc Rabbi ni, ut alibi diximus, arbitrati sunt gigantes fuisse filios Adami ex Lelith, sicut homines ex Eva. Maiolus, quò sup. attribuit climatibus; quod refragor: igitur ibi sicine necesse erat, cunctos pygmæos vel gigantes esse. Unde cum Deuteron. 2. 20. de regione Ammonitarum: Terra gigantum reputata est: in ipsa olim habitaverunt gigantes; intelligendam est, de viribus validis, de viris robullis, corpore procerco, quod peculiare aliquibus regionibus. Hispanicè dicimus: Como unos Philistheos; & Virgil. Eciog. 7. v. 4.

Ambo florentes etatibus, Arcades ambo. Quippe in Arcadia viri robullis; quod ibid. n. 8. dilucidat La-Zerda ex Varrone dicente: Arcadiam terram altricem excuberantium vivorum: & Polyb. 2. Histor. inquit: arcades nemini secundis virtute & rebus gestis. Alij afferunt gigantes genitos ex ubertate ac superfluitate feminis. Ita Caranza de Part. cap. 17. n. 52. & Thom. Phafell. de Reb. Sicil. lib. 1. Decad. 1. cap. 6. quod iure impugnat Zachias d. & Licet. de Monstr. lib. 2. cap. 2. igitur qualitati, non quantitati incrementa tribuenda: alias vel in hoc tempore plures essent gigantes: quoniam invenirentur præfatae feminis conditiones.

28. Origo, ni fallor, minime à prædictis causis pendet; sed à sinibus matricis, qui formæ festus: unde secundum capacitatem exit corpus exiguum seu procerum. Quapropter ex parentibus regularis figura nascuntur vel pumiliones vel gigantes, quin sint monstrata (ut appellat Zachias lib. 7. Tit. 1. quæst. 1. n. 34.) nec peccetur defectu quantitatatis, vel excessu secundum totum. De pygmæis, Bernard. Hordon. p. 2. Prognost. cap. 7. asserit se vidisse non maiores palmâ manus. Nicephorus Callit. in Agypto (ait lib. 12. cap.

Pygmei
gigantis
vitiati.
Nicephor.

cap. 37. natus est homo infra credibilis statura brevitatem consistens sub Theodosio. ac ta-
lem quoque nostram atate vidi ipse, quod monstro habitum, quem brevis admodum statu-
re mulier in lucem adidit. Aegyptius tam brevis fuit, ut pernici similis esset: neque ingra-
tum spectaculum erat, si cum illum globos hominum scilicet, conuersaretur, & ad conten-
tionem excitatus colluderet. Porro quod mirabile dictu est, prudentia ei inerat, qualis non
mimi formoso competit; quippe corporis exilitas ea de re nihil ademisset, vox à Mysis non
abborrebat, sermo mentis generositatem spectandam exhibebat: non vixit ad annum 25,
Alia infr. à n. 42.

Paul. Zach
Et gigante
staturae
viti.

29 De gigantibus Paul. Zach. quò dudum, Materie affinitate pellectus (infir) histo-
riam cuiusdam pueri hic subnectam, qui Neapoli natus ann. 1630. Non maior quam cate-
ri recens nati quereis, seximestris in tantam molem crevit, ut ad 14. mensum deductus, al-
titudinem quatuor palmorum, totidemque crassitudinis equaret, omnesque iam dentes
emisset. Fabulam iam non dixeris Ephialtis. Plin. de Ratione partium, quò dudum : Sa-
lamine (ait) Euthimenes filium in tria cubita triennio adoleuisse. Eadem Solin. cap. 5. Ro-
mae fuit femina cum suo patre & sua matre (subdit Augustin. d. cap. 23.) quæ corpora
quodammodo giganteo longè ceteris præmineret; ad quam visendam mirabilis fidebat us-
quequaque concursus : & hoc erat maxime admirationi, quòd ambo parentes eius, nec sal-
tem iam longi homines erant, quàm longissimos videre consueuimus. Cardan. lib. 1. de
Variet. cap. 4. & Iul. Scaliger in eum, Exercit. 263. astruunt, inter Pnufian & Livo-
niam, homines proceræ cum statura maxime exsistant; tamè quasi per vices tam proceros,
quàm penè nanos generare. Refert etiam Sherlog. hoc. cit. n. 39. Plerumque enim fit, ut
ex parentibus staturæ exiguæ proceros nasci filios, & contra : imò ex eisdem parentibus
alios minoris, alios iustæ, alios denique maioris staturæ videntur; quasi in genitricis lu-
datur natura discrimine facierum & staturarum; in quo articulo, canfarum cum nulla sit
differentia, varietas effectuum deducenda est in matricis receptacula, in quibus tamquam
in cætyo aut modulo ad exiguum seu vastam corpulentiam, materia natura disponitur;
maxime in illorum sententia, qui asserunt septem distinctos sinus aut loculos esse in mu-
lierum matricæ, ac sigillatos in fetus; excepto medio, ex quo producitur Androgynus. Ita
videmus quatuor gigantes genitos ab Arapha Gethæa (quam falsò Rabbini faciunt Or-
pham, uti consutauimus, Tom. 5. T. 1. n. 1.) de quibus dicitur 2. Reg. 21. 22. Hi quatuor
nati sunt de Arapha in Geth. & ceciderunt in manu David & feruorum eius. Non per pa-
trem sed per matrem giganteam proceritatem adepti; quæ, uti dixi, non aliunde nisi à
matricis habitudine in gigantum membrorum conformationem : quo genuinè intelligit-
ur : Gigantes autem erant super terram in diebus illis.

Augustin.

Gigantes
vitiati
ex confor-
matione ma-
trici.

30 Cur modò non sint, varias causas cogitant AA. præfati. Essent, præter auguror,
si eandem habitudinem in matricibus fetus fortirentur; & quia nacta, sunt quos videmus
statura plusquam proceræ. Olim fuisse turbam gigantum vigore nature in toto orbe;
astruunt Talmudistæ in Sambedrim. cap. Ecbadymena; ita Adam genuisse Seth giganteam secundum similitudinem suam: ad il-
lud Genes. 5. 3. Post diluuium statura gigantea in hac vel illa regione inventa, vel hæc
aut illa familia. Numer. 13. 34. Filij Enac de genere giganteo. Deuter. 2. à 20. & 3. v. 11.
& 13. Iosue, 14. 12. & 15. Deinde rarò, quia rari quidem, sed nunquam fermè defuerunt;
ut ex Augustin. vidimus, n. 24. hæcque raritatem haud attribuunt matrum angusto in-
formam sinui, sed mundo sensim aut paulatim senescenti. In plenum autem cunctis morta-
lium generi (infr. Plin. d.) minorem in dies fieri; propemodùm observatur yaroque patri-
bus procerioris, consumentem ubertatem femininum exustione, in cuius vices nunc vergat
æuium. Exustione intelligit hic Dalecampius proximam orbis egyptrosim. At quam insulse!
Ignis nocet antequàm veniat? Cur cæli æ elementa non diminuta futura flamma?
De cunctis cecinit (ex quo Plinius sine discrimine sumpsit)

2. Reg. 21.
22.

Genes. 4. 4.

Ante dilu-
uium homi-
nes non fue-
re gigantes.
Method.

Cur modò
vitiati

Plin.

Ovid.

An mundus
paulatim
senescat

Esse quoque in fati, reminiscitur, affore tempus
Quo mare, quo tellus, correptaque Regia cæli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Ovidius 1. Metam. fab. 7. Sequuntur maniam plurimi obijcientes illud, 4. Ecl. 5. 54. Con-
sidera ergo & tu quoniam minori staturæ es illi præbis, qui ante vos : & qui post vos, mi-
nori, quam vos, quasi iam senescentes creature, & fortitudinem iuuentutis prætercunt
Lucret. 2. de Rer. nat. v. 1151. inquit:
Neque quantum opus est natura ministrat.
Iamque adeo fracta est ætas, effectaque tellus;

Vix animalia parva creat, que cuncta creavit
Sæcla, deditque ferarum ingentia corpora partu.
Usque adeo pereunt factus, augentque laborem.

Lucreti

Decerpit ex Homero loc. cit. sicut Virgilius 1. Georg. à v. 195. & Iuvenal. Satyr. 1. 5. à
v. 65.

Vidi læta diu, & multo expectata labore,
Degenerare tamen; ni vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret; sic omnia fatis
In peius ruere, & retrò sublapsa referri.

Virgili

Nec lapidem, quales & Turnus & Aiax
Vel quo Tytides percussit pondere coxam
Æna; sed quem valeant emittere dextra
Illis dissimiles, & nostro tempore nate.
Nam genus hoc vivo iam decre sebat Homero;
Terra malos homines nunc educat, at pusillos.

Aul. Gell.

31 Aul. Gell. lib. 3. cap. 10. Ut Homerus opinatus est, vastiora prolixioraque fuerunt
corpora hominum antiquorum; & nunc, quasi iam mundo senescente, rerum atque homi-
num decrementa sunt. Crediderunt etiam præfatum diminutionem, & mundi senectutem,
Marcell. Donatus, lib. 4. cap. 14. Petr. de Peramato, de Evacuand. ration. cap. 24. &
Dalecamp. de Peste, lib. 2. Favere videtur Augustin. d. cap. 9. ubi: Non credunt, etiam
magnitudines corporum longè ampliores tunc fuisse, quàm nunc sunt. Ita Empedocles apud
Plutarch. 5. de Placit. Philosph. cap. 27. dicebat: Huius autem temporis homines si com-
ponantur cum primis, instar obtinere infantium. Idem Philo, de Opific. mund. Apparet
symbolum in statua Nabuchi: incipit ab auro, ac definit ferro. Daniel, 2. à 32. dixit Py-
thagoras apud Ovid. 15. Metam. fab. 4.

Augusti

Nec species sua cuique manet, rerumque novatrix.
Ex alijs alias reparat natura figuras.
Nil equidem durare diu sub imagine eadem,
Crediderim: sic ad ferrum venisti ab auro
Sacula: sic toties versa est fortuna locorum.

Ovidi

Multa & pretiosa ac æstimabilia exponunt deperdita, quorum amissione constar debilibus;
imò caduca natura.

32 Multas species amentia ridentur in mundo, sed nulla risu dignior præfata pro-
posito: qua de causa à Sapiente dicitur inutilis supervacua cogitatio, & cogitationes si-
ne intellectu. Ne dicas: Quid putas causa est, quòd priora tempora meliora fuerit, quàm
nunc sunt? Stulta enim est huiusmodi interrogatio: Audi Senecam, 1. de Benef. cap. 10.
Hoc maioris nostri questus sunt, hoc nos querimur, hoc posteri nostri querentur; everfos
esse mores, regnare nequitiam, in deterius res humanas, & in omne nefas labi. At ista
sunt loco eodem, stabuntque paululum dumtaxat ultrò aut citromota. Condicio conqui-
torum sæculi & animi otiosi.

Ecl. 7. 77.
Ridicula q
giatio.

Cætera nequam simili ratione, modoque
Æstimat, & nisi que terris semota, suisque
Temporibus defuncta videt, fastidit & odit.

Horati

Horat. 2. Epist. 1. v. 20. Vitium malignitatis vocat Tacitus (de Orator. cap. 14. & 15.)
vetera mirari, ac præsentia fastidire, his videri obriui, & illis iustitiam. Ut rideret genium
cuiusdam Principis Michaël Angelus, pictor insignis, tabulam expressam ad veterum
penicillum, in locum ex quo mox eruentam sciebat, defodit. Cùm Princeps inventam
vel coram Michaële laudaret, & cunctis alijs præsentis ævi anteponeeret; Atqui meum illa
ait opus est, proprium in margine inomen ostendit. Martial. lib. 5. Epigr. 10. succinit in
propositum,

Esse quid hoc alicam, vicis quid fama negatur,
Et sua quod raro tempora lætor amat;
Hi sunt invidia nimirum, Regule, mores;
Præferat antiquos semper ut illa novis, &c.

Martiali

Adi Sidonium Apollinar. lib. 3. Epist. 8. & Plin. lib. 6. Epist. 21. simulque quæ congerit
Alapid in præfat. locum Ecclesiastæ.

33 Mundus igitur quoad universalialia, hoc est, quoad genera & species in ipsa varie-
tate immutabilis est. Hinc post diluuium, cunctis singularibus delectis, ne orbis ad desti-
nata

Genes. 2. 1.

Eccles. 14.

Manil.

Quomodo verum, fenescere mundum

Herodot.

Deficiunt singularia & alij infaturatur natura.

Senec.

Manil.

Plutarch.

Senec.

nata ab ipsa creatione senescere videretur, dixit Conditor: *Cunctis diebus terra sementis & mesis, frigus & aestus, aestus & hyems, nox & dies non requiescent.* Genes. 8. *Generatio preterit & generatio advenit, terra autem (ordo universi: Maluend.) in aeternum stat.* Manil. 2. *Astron. cap. 16. à v. 112.*

Hinc etiam ipse dies moritur, terrasque per orbem surripit, & noctis captum sub carcere claudit, Necnon & fidei tutelam vindicat ipsam Pectoris, & pondus. Tanta est in sede potestas, Que vocat & condit Phœbum, recipitque refertque, Consumitque diem, tali sub lege notanda. Templorum tibi sunt vires, quas pervolat omnis Astrorum series, ducitque, & commodat illis Ipse suas leges, stellæque ex ordine certo, Ut natura finit, lustrant, variisque locorum Efficiunt vires.

Aristotel. 2. *de Cælo* fatetur alicubi terras sterilecere, sed alicubi feraciori prœventu inopinatò ditari; ita ut varietas fin in locis, haudquaquam in terris occultis qualitatibus & lationibus cœlestibus, & alibi non tantum detur abunde copia, sed inusitata in fructibus copulenta. De Babylonica regione inquit Herodot. d. cap. 59. *Nam in arboribus ferendis, ficu, vite, olea, nequaquam de principatû contentit. Ceteris autem fructibus procreando adeo ferax est, ut nusquam non ad ducena reddat ubi autem bonitate, sese ipsa vincit etiam ad tricena. Quaternum autem digitorum maximorum latitudo est criticis, atque hordei folijs. Milij verò ac sesami proceritate in stat arborum, etsi mihi compertam, tamen memorare supersædo; probè sciens, ipsi qui nunquam Babyloniam regionem adierunt, perquam incredibilia visum iri. Vid. Tautolog. præced. n. 31. Haud in metallis terra deficit. Repleta est terra argento & auro, & non est finis thesaurorum eius. Isaï. 2. 7. Si in illo sæculo, quid modò? Deficiunt aliqua olim celeberrima. Non deficiunt inquit Reyes d. n. 7. *sed sunt ignorata: imò plura inventa, atque naturæ utiliora.* Utraque refert curiosè Guido Pancirol. dupl. p. *Res memorabil. deperditæ. atque recens inventar.**

34 Vegeta ergo ac firma naturæ facies in cunctis speciebus, eademque quæ pridem à primis ineuntis mundi cunabulis, usque in nostra tempora, eritque usque in finem sæculorum: quin ulla diminutio apparuerit in cœlis, elementis, animalibus, volucris, fructibus, &c. *Didicit, quid omnia opera, quæ fecit Deus, perseverent in perpetuum. Quod factum est, ipsum permanet: quæ futura sunt iam fuerunt, & Deus in statuat, quod abijt.* Eccle. 3. à 14. *Quod evanescit numerice, perseverat specificè. Patet in ipsis conditionibus rerum. Quosque eadem (inquit Seneca, Epist. 24.) expergiscar nempè, dormiam, satiabor, exuriam, algebo, aestuabo. Nullus rei finis est, sed in orbem nexa sunt omnia. Evigilant ac sequuntur: diem nos premit, dies noctem: aestus in autumnum desinit, autumnum hyems inflat, quæ vere compositur. Omnia transiunt, ut revertantur: nihil novi video, nihil novi facio. Sol oritur & occidit, &c. quippe sub lege universali cuncta, etiam dum de pereunt singularia. Manil. quò supr. lib. 1. cap. 5. à v. 213.*

Non varios obitus norunt, variosque recursus, Certa sed in proprias oriuntur sidera lucas, Natalesque suos, occasumque ordine servant. Nec quæquam in tantæ magnæ est mirabili mole Quam ratio & certis quod legibus omnia parent. Nusquam turba nocet, nihil illis partibus erat.

Singularium præteritorum (ait Plutarch. de Defectu Oracul.) nihil est vel existit: ceterum simul oriuntur cuncta, & intereunt, facta, dicta, casus: quod tempus sicut unde impetus singula transvorsarapiat. At ordo, univèrsi stabilis, quoque ipsius & cunctorum finis. Unde Stoicus Cordubens. Epigram. 7. accinit:

Omnia tempus edax depascitur, omnia carpit, Omnia sede movet, nil finit esse diu. Flumina deficiunt, profugum mare littora siccat, Subsident montes & inga celsa ruunt Quid tam parva loquor? Moles pulcherrima cœli Ardebit flammis tota repente suis.

Omnia mors poscit. Lex est, non pœna perire, Hic aliquo mundus tempore nullus erit.

Quid si pereat tempore mundus, si perit tempus? Cunctorum cessabit cursus, & tempus non erit amplius. Apocal. 10. 6.

35 De ætate priorum ante diluvium, sciendum est, fuisse ordinem providentiæ, haud humane conditionem naturæ. Si suppuratione præsentis, in illam longævitate se collatio; adhuc usque ad David vitæ redacta ad annos septuaginta vel octoginta (Psalm. 89. 10.) anni nostri sicut aranea meditabuntur: v. 9. Vita erit ephemera, & quò plus, in trimatu implentes vitæ cursum, ut ait Plin. d. Erga staturam, respondente diminutione, his diebus eliemus pygmaï: ut dicitur Iust. Lips. 3. *Physiolog. cap. 5.* Imò, uti observat Zachias, d. n. 34. ad magnitudinem locustarum. Possemus tunc dicere, quod exploratores terra Chanaan: *Vidimus monstra quadam filiorum Enac de genere giganteo, quibus comparati, quasi locusta videbamur.* Numer. 13. 34. Primi homines non fuere gigantes, sed itacura regularis septem pedam. *Modum esse summaum* (inquit Gell. ubi supr.) *adolescendi humani corporis septem pedes.* Sic cuncti occurremus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi; quippe septem pedum, eius ab Ignatio Antiocheno describitur statura. Estas loquitur metaphoricè de diminutione affectus in religionem, ut patet v. 52. vel de corpore politico, cui videbimus infr. n. 49. Si communis esset maior proceritas corporum temporibus sæculi adolescentis; minime uti singulari signaretur: *Gigantes autem erant super terram in diebus illis.* Hocque dicit Angulianus contra negantes gigantes. *Non creantur (ait) magnitudines corporum longè ampliores tunc fuisse, quam nunc sunt.* Non de cunctis loquitur hominibus, sed de gigantibus: gigantes eminebant corporis vastitate, dum erant aliorum corpora iustæ atque regularis itatura. Homines respectu Priscorum vocari infantes, dixit Pythagoras de scientia, seu animi sinceritate; in quo profecto fallitur. *Non tamen negaverim* (inquit Senec. Epist. 90.) *fuisse alij spiritus viros, & ut ita dicam, à Dijs recentes: neque enim dubium est, quin meliora mundus non diu efficitur ediderit. Quænammodum autem omnibus indoles fortior fuit, & ad labores paratior; ita non erat ingenia omnibus confusata. Non enim dat natura virtutem: ars est, bonum fieri. Sequitur in cunctis orbis & hominis ornamentis, Reyes-Franco, quæst. præf. quem consulat.*

36 Individuorum varietas ordinem excludit, alias individua non essent. Unde qui posteriores primis, dicuntur maiores quoad vitia, minores quoad virtutis aviditatem, cuiusque præclara merita. Expressit Iuvenalis, qui argumento contrario videbatur favore, dum dixit:

Terra malos homines nunc educat, atque pusillos.

Pusillitas à malitia, quia maior prioribus inclinatio ex imitatione in pravâ

Succedat avo deterior nepos

Et maior placeat culpa nepotibus.

Senec. in *Thyest.* à v. 30. priusque Horatius *Carm. 3. Od. 6. à v. 6.*

Damnosa quid non imminuit dies,

Ætas parentum peior avit tulit

Nos nequiores, mox daturos

Progeniem vitiosorem.

Physicene minuitur natura humana per vitia? Ludicrum. Minime prohi, olim qui statuta procerâ: unde dicitur, *Ibi fuerunt gigantes nominati illi qui ab initio fuerunt. Statuta magna, scientes bellum. Non hos elegit Dominus, neque viam discipline invenerunt: propterea perierunt: & quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam.* Hic est textus Tautologia; in quo obiter nota, ubi de priscis gigantibus sermo, dicit: *Non hos elegit Dominus. Noë electus est uti iustus illo in sæculo, inveniens gratiam coram Domino. Genes. 6. 8. & 7. 1.* Ergo Noë non fuit gigas, nec amplioris proceritatis, quàm nos fumus: ac consequenter nec alij præter signatos gigantes, ut mundus constet decretere in hominum staturis.

37 Inquiritur ergo, Quare exprimitur *Statura magna*, dum gigas sit homo non aliunde, nisi ex ampliori itatura? Elucebit plane ex vocis gigantis acceptione. Gigantes dicuntur, non qui statura procerâ, sed qui viribus adinstar gigantum validi, nervis membrisque robusti, integræ valetudinis lacertosi, fortes in ardua, potentes ac præpotentes in præliâ. Job. 16. 15. *Irruit in me quasi gigas.* Id est, fortiter. Soufa hic.

Irruit ipse potens in me furibundus, & accer, More gigantæ.

Plin. Non verò communis autoritas præferretur ordo à verâ principio. Aul. Gell.

Genes. 64.

Senec.

Iuvenal.

Senec.

Horat.

Baruch 26 Non physicè minuitur per vitia cetera humanitas.

Gigas præ vitibus videtur. Soufa

Eodem in sensu de Iuda Machabæo dicitur, 1. cap. 3. 3. Induit se loriceam sicut gigas, & succinxit se arma bellica sua in prælijs, & protegebat castra gladio suo. Iob. 26. 5. Gigantes genuit sub aquis. Hoc est potentes; sicne Gigantes legit Græcus, Sapient. 6. 7. ubi Potentes autem potenter tormenta patientur. Souf. d.

Idem.

Ecce genuit udi post tristia fata gigantes, Quique habitant Erebi sedes, durissima regna, Fluctibus oppressi quondam, cælique ruina.

Pro milite.

Isai. 1. 49. Suscitavit tibi gigantes: idest, milites validos in Babylone. Septuag. ubi ibid. 3. 2. Fortem & virum bellatorem, vertunt: Gigantem. Idemque Genes. 10. 8. de Nembrod. ubi, Ipse cepit esse potens in terra, & erat robustus; legunt: Ipse cepit esse gigas super terram. Sic alia; quia non præ statura, sed pro robore giganteo, dicebantur gigantes. Liqueat Deuter. 2. 11. ubi de terra Moab dicitur: Habitatores eius populus magnus & validus, & tam excelsus; ut de Enacim stirpe quasi gigantes crederentur, & essent similes. Non erant, sed præ viribus uti similes credebantur gigantes.

2 Reg. 8. 18.

Pined. Quid inter Hebræos Ceretibi & Pheletibi

38 Eadem metaphorâ dicuntur gigantes, qui in Scriptura signantur pro Regum custodia Semei & Rei, 3. Reg. 1. 8. vel Cerethi & Phelethi; ut observat Menochius 1. de Hebr. repul. cap. 10. quæst. 4. Minime quia verè gigantes essent, ut autumat Pineda. Ergo credibile est (inquit, 5. de Reb. Salom. cap. 13. n. 26.) quod ad sui custodiam vigiles & excubitores adhibuit Salomon, fuisse gigantæa mole, sribus & membrorum magnitudine, ab humero & sursum cæteris antefrantes. Unde hæcine cogitatio? Ex hiltorijs equitum volaticorum? Quia Reges Iaponum & Sinarum gigantes habent corporis custodia, ac portarum civitatis, ut affert ex Nunnio? Indignum tanto Auctore. Sensum quo dicuntur gigantes, delicatur Cantic. 3. 7. Letulum (currum scilicet) Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël: omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Elacet igitur gigantes dici, præ robore ac peritia militari; vel quia in cohorem prætorianam electi, qui procerioris stature, ut indicat Ioseph, 8. Antiq. cap. 2. His decus addebant equites (inquit) stos inventutis, procerâ staturâ, promissuque capillitio conspicui, & tunicas sarranâ purpurâ induti: ad hæc ramentis auri capillum quotidie spargebat, ut ad solarium radorum contactum, fulgor à capitis eorum resisteretur. Hi armati & pharetris succincti, regium currum stipabant.

Ioseph.

Homines insignes dicebantur gigantes.

39 Intellegitur modò nostra Tautologia. Illi priores duplici titulo dicti gigantes: igitur sigigantes dicti, qui valebant viribus, fortes in certamine, & etiam proceritate corporis; illi qui cataclysmo perierunt, gloriosi ante cataclysmum, staturâ fuerunt proceres; ac arte militandi perici. Gigantum igitur obtinuerunt encomium; & quia erant statura magna, & quia viribus corporis sciebant bellum. Hinc illorum fama per successiva sæcula. Ipsi sunt potentes a sæculo viri famosi, Genes. 6. 4. Hieronym. A sæculo homines nominati. Maluend. Ipsi sunt herces, qui olim de sæculo, homines nominis. Non metaphorice pro quantitate virtutis, ac excellentia dignitatis, quo sensu strenui & excellentes, de genere humano præclare meriti, dicuntur Atlantes generis, prudentiæ atque scientiarum gigantes. Petr. Damiani ferm. 1. 1. allusione in nostrum Pleonasmum, Ubi sunt (ait) gigantes a sæculo nominati, qui ab initio fuerunt statura magna? Nunquid non maximus ille gigas (Platonem loquor) ab intellectu tam purissima veritatis repulsus est? Hæcine acceptio: & Adamus & Noë, uti supr. vidimus, iurè gigantes poterant appellari, eiusdem stature cum cæteris; sed quasi de cælo lapsi (uti cogitarunt nonnulli, apud Maluend. hic, ex voce Nephilem, idest, Cadentes) gigantes & insignes inter homines. Etiã inter Ethnicos usus metaphoræ: quare Talais vel Talo, per quem Minos leges tulit, dicitur gigas, & æreus. Mela, 2. de Sits orbis, cup. 7. Isaac. Voss. hic, Apollon. 4. Argonautic. à v. 16 38. & Natal. Com. 2. Mytholog. cap. 7. & Hercules propter gesta. Ibid. lib. 7. cap. 1. Theocrit. Edil. 15. v. 17. de viro famoso dicit: Homo tredecim cubitorum: & Lucan. 6. Pharsal. v. 665. Et vincit terga gigantes. Hæcine schemata voluit uti Bolduc, de Eccelesia ante legem, asseritque hæc gigantes dictos viros famosos, non ex vastitate corporis magnitudinis, sed excellentia atque summitate Religionis, ex præfata voce Nephilim, quasi curvi in Numinis venerationem, cum eontra essent impij, facinorosi & scelesti. Cyrill. Alex. in Genes. lib. 3. & Conte. Iulian. 9. ait: Erant autem gigantes indomiti robustique homines, plurimumque deformes, atque ob corporis magnitudinem cæteros excellentes. Ita enim Scripturam sacram robustissimos, gigantes appellare accepimus: etenim de Peris & Medis Prophetæ referunt: Gigantes venient, horribiles visu, robore incomparabiles, indomiti invictique ob corporum magnitudinem. Perperam ulla poterit

Damian.

Talo gigas quasi

Cyr. Alex.

Conditio gigantum profitorum.

40 Homines fuerit illeget, procaces, proiectæ imò promiscuæ libidinis, more ferarum cæcitate Veneris; uti refert Berofus cit. num. 24. & hic Annius, Campanell. in Append. ad Monarch. Hispan. Alapid. Perer. Delr. Hic Haye, Marius, Maluend. & Bonfrer. in Genes. 6. 4. Illis plausus turpitudinis, sicuti Heliogabali gloriatio, & Hercules; de quo Natal. Comes d. asserit, una nocte quinquaginta sorores virgines fecisse matres. Hinc Isai. 26. 14. Mortui non vocant (idest) gigantes non resurgant, qui illegitime, promiscuâ cunctarum utebantur Veneris: Propterea visitasti & contrivisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum. Hac de causa gigantes dicti Spurij, filij terræ, quippe sine cognito patre. Natal. Com. d. 5. à cap. 21. Gyrard. in Hercule. vit. & Syntagm. 1. n. 119. ex Ovid. 15. Metam. fab. 47. Politian. 1. Miscellan. cap. 17. Erasmus. Chilian. 1. Centur. 8. n. 86. Perlius, Satyr. 6. à v. 57. Progenies terræ, terræ est iam filius. Cicero. 2. Tuscul. qq. inquit: E terra edita moles gigantum. Clarius in iustitatum Iuvenal. Satyr. 4. v. 97. Prodigio par est in nobilitate senecius: Unde fit, ut malim fraterculus esse gigantum. Idest, filius terræ spurius, cuius pater ignotus, uti exponunt Isaac. Grang. & Eilhard. Lubinus, hic: astruuntque acceptionem Tertull. Apolog. cap. 10. Lactant. lib. 1. cap. 11. & Minuc. Felix in Octav. dicens: Ignobiles & ignotos filios terræ nuncupamus. Sic ergo illi qui staturâ olim procerâ, bellandi peritiâ, atque Veneris promiscuâ corruptelâ, dicti gigantes, terræ scilicet filij; quippe non patres, sed matres dumtaxat notæ. Erant enim gigantes & staturâ magnâ, & natalium ignominia. Hinc factum pro victoriâ adiutos à matre Terra. Manil. quo dudum, à v. 117. Distordes cultu, permistaque corpora partus Quæ ferre Deos. Dubitavit Iupiter ipse, Quod poterat, non posse timens; cum surgere terram Cereret, & verti naturam crederet omnem. Arma importantes, & ruptâ matre creatos.

Conditio gigantum profitorum.

cogitari religiofitas, quorum scelera propter diluvium venit in terras. Describit conditiones Draudius quò supra, in Solinum.

Quibus uia ferarum

Terga dabant vestes, cruor haustus, pocula trunci, Antra Lares, dumeta toros, cœnacula rapæ, Præda cibos, raptus Venerem, spectacula cedes, Imperium vires, animos furor, impetus arma, Mortem pugna, sepulchra rubus, monstrisque gemebat Monticola tellus.

Georg. Draud.

Hic & his nec specimem exploratur religionis. In cunctis erant gigantes, & staturâ magnâ, & ampliori malitiâ: & corporum inusitata mole, & cordium usitata malignitate. Sic apud Iudith: Excelsi gigantes, quin diceret, ex quo, vel in quo. Erant enim corpore & improbitate excelsi. Ita de Pharaone, apud Ezechiel. 31. 10. Sublimatus in altitudine. Ar. Montan. Staturâ. Septuag. Magnus magnitudine: idest, superbiâ, uti dicemus, n. 41. Unde de Oethry, Sil. Ital. 5. Bell. Punic. v. 485, inquit: Celsus humano robur, visaque paventes Mole gigantes vertebat corporis alas.

Iudith. 16. 8. Il. Ital. Manil.

Hæc magnitudo à corporis vastitate; sed alior infolentia. Apollon. Rhod. 4. Argonaut. v. 1436. Vir immanis iniuria & corpore. Propterea summerguntur, quippe viam disciplinæ non invenerunt. Cælum cecidit, ut ait Manil. 1. cap. 5. v. 115. Vastos cum terra gigantes In cælum furibunda tulit.

Vastos cum terra gigantes

In cælum furibunda tulit.

40 Homines fuerit illeget, procaces, proiectæ imò promiscuæ libidinis, more ferarum cæcitate Veneris; uti refert Berofus cit. num. 24. & hic Annius, Campanell. in Append. ad Monarch. Hispan. Alapid. Perer. Delr. Hic Haye, Marius, Maluend. & Bonfrer. in Genes. 6. 4. Illis plausus turpitudinis, sicuti Heliogabali gloriatio, & Hercules; de quo Natal. Comes d. asserit, una nocte quinquaginta sorores virgines fecisse matres. Hinc Isai. 26. 14. Mortui non vocant (idest) gigantes non resurgant, qui illegitime, promiscuâ cunctarum utebantur Veneris: Propterea visitasti & contrivisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum. Hac de causa gigantes dicti Spurij, filij terræ, quippe sine cognito patre. Natal. Com. d. 5. à cap. 21. Gyrard. in Hercule. vit. & Syntagm. 1. n. 119. ex Ovid. 15. Metam. fab. 47. Politian. 1. Miscellan. cap. 17. Erasmus. Chilian. 1. Centur. 8. n. 86. Perlius, Satyr. 6. à v. 57. Progenies terræ, terræ est iam filius. Cicero. 2. Tuscul. qq. inquit: E terra edita moles gigantum. Clarius in iustitatum Iuvenal. Satyr. 4. v. 97.

Herculis & gigantum iactio.

Cur dicit Terra filij

Prodigio par est in nobilitate senecius:

Unde fit, ut malim fraterculus esse gigantum.

Idest, filius terræ spurius, cuius pater ignotus, uti exponunt Isaac. Grang. & Eilhard. Lubinus, hic: astruuntque acceptionem Tertull. Apolog. cap. 10. Lactant. lib. 1. cap. 11. & Minuc. Felix in Octav. dicens: Ignobiles & ignotos filios terræ nuncupamus. Sic ergo illi qui staturâ olim procerâ, bellandi peritiâ, atque Veneris promiscuâ corruptelâ, dicti gigantes, terræ scilicet filij; quippe non patres, sed matres dumtaxat notæ. Erant enim gigantes & staturâ magnâ, & natalium ignominia. Hinc factum pro victoriâ adiutos à matre Terra. Manil. quo dudum, à v. 117.

Iuvenal.

Minut. Fel. lxx.

Distordes cultu, permistaque corpora partus

Quæ ferre Deos. Dubitavit Iupiter ipse,

Quod poterat, non posse timens; cum surgere terram

Cereret, & verti naturam crederet omnem.

Arma importantes, & ruptâ matre creatos.

Manil.

41 Alij vocem gigantum usurpant pro Manibus, seu suberbis in inferno detentis: igitur è demonibus uti vidimus, num. 27. nonnulli genitos arbitrati sunt: in quo quidem argumento mirè digladiatur Vallesius, de Sac. philosoph. cap. 8. Dicuntur enim Umbræ, gigantesque, quia dum apparent huiusmodi terriaculamenta (Vernaculæ: Phantasmas) apparent longiora statura magna. Ad Delr. Tom. 2. Adag. 221. & Foren. in illud Isai. 14. 9. Infernus conturbatus est in occursum adventus tui: suscitavit tibi gigantes; idest, Manes: staturâ scilicet monstrôsâ, ut diximus de Dea Trivia, in Ephemer. 1. Ianuar. n. 22. Quare de allecto ab adultera, Proverb. 9. 18. dicitur: Ignoravit quod ibi sint gigantes, & in profundo inferni conviva eius. Hoc est, exitum luxuriæ, dum in actu gigantum commoratur, errans à via: cap. 21. 16. Ita ergo instar gigantum flagitia ascendunt adversus

Gigantes præ demonij, à daemniâ

Pro d'suâ etorum umbri.

Diod. Sic. Imag. uxi gi genium. p. a. g. lata in templo Of- ridis. Terent.

celum: & ubi crimina enormia, enormia comitantur in cruciamina supplicia. Gigantes multorum corporum extitisse (ait Diodor. Sicul. lib. 1. n. 16.) quos monstrosa in templis specie sacrifici Ofiridis flagellant. Optima sane, sed ad mores. Staturam ergo magnam in gigantibus, præter corpoream, arbitror illorum priscorum superbiam. Unde qui hic dicuntur statura proceres; Sapient. 14.6. appellantur, Ab initio superbi gigantes. Magnitudo à Terentio in Heeyr. Act. 3. scen. 3. v. 20. pro factu fimitur.

Omnibus nobis, ut res dant sese; Ita magni atque humiles sumus.

Gigantes pro Superbiis.

Magni pro Superbi, magnitudine corporis, viriumque potentia inflati. Virgil. 1.2. Aeneid. v. 900. Altior insurgens. Nil mirum, quod qui statura magna, arrogantia dicantur maiores; igitur superbia eorum ascendit semper.

42. Iam actum de gigantibus: in complementum ergo Tautologiae etiam agendum de pumilionibus. Ovven. lib. 1. Epigr. 76. accinit:

Monstra gigas nanusque duo contraria formis; Vis gigas immunitis, nanus inanis homo.

Ovven.

August.

Augustinus d. lib. 16. cap. 8. inquit: Quomodo modum in singulis quibusque gentibus quaedam monstra sunt hominum; ita in universo genere humano quaedam monstra sunt gentium: monstraque improprie Pumilij dicuntur, quia licet videantur peccare defectu quantitatis secundum totum; non est error naturæ in illis secundum corporis habitum, ac membrorum symmetricam habitudinem. Minutum est genus pro qualitate regionis, & conditione climatis, sicut Sinarum proprium & lumina & corpora brevia, iuxta sententiam Isaac. Vofsij in 3. Melæ de Sit. Orbis, cap. 8. afferentis, Brevis statura sunt pleraque illa nationes quæ intra Arcticum vivunt circum, uti Lappones. At eadem in exiguitatem astruenda, sine in proceritatem dicta à num. 28. Si monstra, dumtaxat inter nos: igitur nulla proportio capitis cum exiguitate corporis. Unde Martial. 14. Epigr. 112. de pumillione iocatur:

Si solum spectes caput, Hæciora credes; Si stantem videas, Asiana cæta putes.

Pygmaei un- des

Martial.

Dicuntur enim Nani statura breviculi, modicum è terra surgentes. Nanus & ipse suos breviter concretus in artus. Accinit Propert. lib. 4. Eleg. 9. 13. & Juvenal. Satyr. 13. v. 173. Nemo, ubi tota cohors, pede non est altior uno.

Propert.

Juvenal.

Parisiaci in illo.

Epitaphicè de Archestrato dicit Elian. 10. Var. bistor. cap. 6. Ab hostibus captus, & ad lancem appensus; inventus est habere ponaus unius oboli. Idem lib. 9. cap. 13. de Phileta dicit, habuisse ferreas soles in calceis, ne raperetur à vento. Festivè Auson. Epigram. 115. at iucundiora, & multa in Florileg. Epigram. Græc. lib. 2. cap. 32. Macronem in foramen traxit mus. Parvam ludentem Erotium rapuit culex. Stratonicus capillo implicatus, seipsum suspendit. Cum tubam inflaret, per caput transit ad intra. Brevis Diodorus pede perforavit aciem. Equitavit in formica, sed calce percussus. Folio sublatu ductus per aera. Saltabat aranae filo. Ab atomis vulneratus. Hinc ludens Lucilius in Latinum vertit Epigr. 5. dicens:

Mundum omnem ex Atomis Epicurus credidit ortum, Cur? Atomis credens nil magis exiguum. Tunc Diophante fores, atque omnia de Diophante Orta forent, vincis qui brevitate Atomis. At si cuncta ex Atomis conflata putaret, Certè Atomis ortum mi Diophante dares.

Lucil.

Morum sta- tura.

Plin.

Vide Athenæum lib. 12. n. 19. & Ravif. Textor. lib. 2. Officin. cap. 44. 43. Non iam mirum quod Pygmaei Græc. dicantur à Cubito. Augustin. 16. Civ. cap. 8. Minora obicimus, n. 28. A passu Olaus Magn. de Reb. Septentr. lib. 2. cap. 11. Pygmaeos quorum longissimi, non longiores esse, quam pedes duos, & quadrantum. Aul. Gell. 9. cap. 4. Ternos dodrantes non excedentes. Plin. lib. 7. 2. Id est, pedes duos & quinque pollices; ut observat Vives in loc. cit. Augustin. & Bisciol. Tom. 2. Horar. sub lib. 4. cap. 1. Augusto Præside minimus homo duos pedes & palmum, Conopas nomine, in delicijs Iulie, neptis eius fuit; & mulier Andromeda liberta Iulia Augusta. Manium Maximum, & Marc. Tullium, equites Romanos binum cubitorum fuisse; auctor est M. Varro. & ipsi vidimus in loculis asservatos. Sesquipedales gigni quosdam longiores, in trimatu implentes vita cursum, haud ignotum est: subdit Plin. 7. cap. 16. Cymbam Pygmaeorum

vi-

visam in Septentrione vi tempestatis appulsam ad Norvegiamsaferit Gemma Phrif. 1. de Divia. Character. cap. 6. Esse astruunt plures. Aldrovand. Tom. 4. de Monstr. cap. 1. fol. 38. & Ornitholog. lib. 20. cap. 5. Maior. Tom. 1. Colloq. 2. Aristotel. 8. de Hist. Animal. cap. 12. Cardanæ Subtilit. lib. 1. 1. Mela lib. 3. cap. 8. Solin. cap. 16. 33. & 65. Philostrat. de Vit. Apolon. lib. 3. cap. 14. Elian. 15. de Animal. bistor. cap. 29. Grannuyf. de Propriet. rer. lib. 5. cap. 121. Berchor. Reductor. lib. 14. cap. 52. Paul. Iovius. de Moscov. cap. 3. Oederic. de Reb. Indio. lib. 1. Nieremberg. 1. Curios. Philosoph. cap. 4. Hieronym. de Rua. Tom. 2. Controv. 7. poliv. p. 1. dub. 1. Franc. Rest. de Meteor. lib. 3. tract. 3. cap. 9. Leo Allatius in Notis ad Eustach. Hexæmer. Abulen. in cap. 5. Genes. quæst. 12. & alij Expositores in illud Ezechiel. 27. v. 11. Pygmaei, qui edant in curribus tuis, pharetras suas suspendunt in muris tuis per gyrum, ipsi compleverunt pulchritudinem tuam.

44. Hocinè testimonium: Pygmaeos ahruentes, fabulam esse; facile exponunt; cogitant enim, sed cogitatione tantum, gigantes bollatores fuisse in muris, & quia turres Tyri altissima, præ distantia ab infra stantibus videbantur uti homines cubitales, dicti Pygmaei & Pumiliones. Ita Forster. in Lexic. seu Dictionar. Aridiet sententia Villalpald. additque: Nisi mox is, Pygmaeos dici sagittarios, quoniam gens illa sagittis affluta belligere, familiarem habebat sagittarum usum: quadratque huic interpretationi: Pharetras suas suspendunt in muris tuis per gyrum. Profecto perita & sagitta: sed quales? In quos ergo retorquenda? In armatos homines, vel in grues? Ridebimus infra. Tolera- ri quibat, si diceret, sagittarios, qui in turribus suspenderunt pharetras (ex quibus Tyri venustas) Ita dextros in hostes; sicut Pygmaei sagittulis ad interimendas grues. Ergo ferio. Vox Pygmaei equivoca est; & significat homines statura breves, & milites valide pugiles, ex Hebræo, Gamod. mi. Quapropter Interpretes relinquunt nominis proprietatem, in propositum protulerunt vocis significationem. Symmachus & Theodot. ver- tunt: Medi, Chald. Cappadoces, ex quibus Philistæi, ut dicitur, Deuter. 2. 23. Septuag. Cistodes. Aquila expressit originalem vocem, Pygmaei, quem secutus Hieronymus. Quænam ergo Tyri custodia & protectio ab imbellibus, quos insurgentes in Heruleum, factum à Philostrato (de Imagin. & Alciat. Emblem. 58.) fuisse pelle leonis involatos? Homines bellatores, uti Cappadoces & Medi in Pygmaeos intelligendi sunt, qui in muris per gyrum suspenderunt pharetras ad civitatis madimen, & ostenderunt copiarum decorem, atque Tyri pulchritudinem. Verum si tot propugnaculis consideras victam & Nabucho expugnatam (ut dicitur Itai. 23. à 1. Jerem. 47. 4. & Ezech. 28. à 2.) cum Medos haberet in exercitu; iurè dicitur pro triumpho: Medi, qui erant in turribus tuis, pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum, &c.

45. Pugna Pygmaeorum cum gruibus à pluribus narratur, maxime à Pœtis. Sym- positus Enigmat. 26. de Grue, modulatur:

Littera sum cæli, penna per scripta volantis, Bella cruenta gerens volucris discrimine Martis; Nec vercor pugnas, dum non sit longior hostis.

Homer. 3. Iliad. v. 6. Grues viris Pygmaei cadem & mortem ferentes. Iuvenal. d. à v. 165.

Ad subitas Toracum volucres, nubemque sonoran Pygmaeus parvis currit bellator in armis. Mox impar hosti, raptusque per aera curvis Unguibus à seæa fertur grue, Si videas hoc Gentibus in nostris, risu quatere: sed illic. Quamquam eadem assidue spectentur prelia, videt Nemo.

Fama est (subdit Plin. lib. 7. cap. 2.) insidentes arictum, caprarumque dorso, armati sagittis veris tempore, universo agmine ad mare descendere, & ova pulvisque earum alitum consumere; ternis expeditonem eam mensibus confici; aliter futuris gregibus non resisti. Casas eorum luto pennisque & ovorum putaminibus construi. Statius, 1. Silo. 6. v. 63. & Ovid. 6. Metam. lib. 2.

Casuraque vagis grues rapinis Mirantur pumilos ferociores Altera Pygmaea fatum miserabile matris; Pars habet: hanc Inno iussit certamine viclam Esse gruena, populisque suis indicere bellum.

Mela quò supr. Evære interius Pygmaei, minutum genus, pro satia frugibus quod contra vi- Tom. VIII. Taut. § 2. Mela

Ezech. 26 11.

Villalp.

Vox Pygmaei pro milite fortis.

Enigma de Grue.

Iuvenal.

Cum gruis ini certand Pygmaei Plin.

Stat.

Ovid.

Mela

grues dimicando defecit. Herodot. lib. 2. n. 9. collocat in Libya, infra mediocrem viro- rum statum pusillos. Ctesias in India, inquit: Pygmaei valde parvi, adeo ut bona pars di- midij cubiti magnitudinem, qui autem eorum maximus, duorum cubitorum magnitudi- nem non superet. Sunt porro simi, atque deformes: oves eorum sicut agni nostri, boves & asini ad arctum magnitudinem. Horum Pygmaeorum tria millia Rex Indorum in suo co- mitatu habet: sunt enim sagittarij peritissimi. Addit Munster, ex Rabbin. epistola Pra- stani, Regis Aethiop. ad Rom. Pontif. lib. 6. Cosmograph. cap. 57. Pygmaei sunt boni Chri- stiani, & sunt ubique tuti, Rex Pygmaeorum procedit in bellum contra aves, perdetes fructus, abiguntque eas vocibus suis.

46 Perperam his rebus nonnulli inficiabuntur esse homines, uti propugnat August. Niphus in Aristotel. 8. *Histor. Animal.* cap. 12. equidem & religione gaudent, quod est nota rationis, sicut vox in signa cogitaminum; quin oblet corporum brevitatem ad ratio- nis usum, ut vidimus ex Nicephoro, num. 28. In minori quantitate infunditur fructibus anima. Statura Pygmaeorum non est infra minimum humanae conditionis: & licet esset minimum, anima in suum minimum introduci potest; ut asserit D. Th. in 3. d. 116. q. 3. *quest.* 5. art. 2. ad 3. & 3. p. *quest.* 33. art. 2. ad 2. Roborat Mendoza, in *Viridar.* lib. 4. Probl. 12. Inest anima rationalis vel quantitati corporis apicis, & visum in 365. factibus, quos effudit Comitissa Margarita (historiam refert Paul. Zachias, lib. 7. tit. 1. *quest.* 1. n. 34.) quorum maior etiam post nativitatem, non excedebat magnitudine pollicem.

47 Fateor haec cuncta esse posse, si Pygmaei essent vel fuissent; sed nuge sunt & fabu- lae aniles in puerorum stuporem. Apposite Isaac. Vosius in cit. *Mela* loc. *Pygmaei*, mi- nutum hoc genus, ut solent vagari fabulae, in omnes caeli carmines ad veter. bus dissemina- tum fuit. Dari integras nationes pumilonum aequi falsum est; ac illud, dari populos ubi plerique sint gigantes. Idem asserunt Aul. Gell. d. Strab. lib. 1. n. 101. Iul. Scalig. in *Poe- tic.* lib. 5. cap. 3. Aldrovand. Tom. 3. de *Avib.* lib. 20. cap. 5. Carranza, de *Partu*, cap. 17. n. 59. E. facris Tirin. Alapid. & Sanctius, in loc. praefat. *Ezechiel.* Albertus Magni, de *Anim.* lib. 7. cap. 6. & 21. cap. 2. omnino negat Pygmaeos fuisse, sicque dicit simios in si- militudinem hominum brevium. Delr. 2. de *Magia*, *quest.* 15. homines non fuisse, sed monstra, aut animalia in simiorum classem referenda. Cardanus contra quae dixerat de *Subtilitate*, de *Varietate*, lib. 8. cap. 40. alruit, fabulam sumptam ad quodam simiorum genere. Paul. Iovius ubi sup. etiam asserit, magis ad simias, quam ad homines accede- re. Kircher. in *Prodrom. Copt.* cap. 4. cogitat (ex Georgio Agricola de *Animant. subter- ran.* a 6. *Postremo*) veros homines non esse, sed daemonum genus sub specie hominum, pueris staturam similium, quasi denum annorum; uti frequentem apparent ludibundi in domibus vacuis (Vernacule, *Duendes*) crebriusque in cavernis metallorum fossoribus, contracta admodum statura, & habitu corporis deridiculo in spectata. Ita vocat *Damon- culos*. Quare cum Pygmaei dicantur qui staturae brevis, in specie hominis; visa huiusmo- di habitudinis species, hactenus, varijs in regionibus fuisse Pygmaeos, homines cubitales, atque rationis religionisque capaces. *Lustissimi autem sunt, & iisdem quibus reliqui In- diblegibus utuntur.* Ctesias ubi sup. Vide *Geograph. Arabic.* p. 9. *Clim.* 5.

48 Inter nos, sicut aliquando proceræ, sunt homines brevioris staturæ, digitoque demonstrantur, quippe rari; habentque in deliciis Procerum maiestas, seu potius vanitas. Aliquomodo non dicuntur homines ab Aristotele (de *Generat. Animal.* lib. 11. cir- ca fin.) quorum universæ corporis partes in utero matris oblaesæ, iusto sunt breviores. *Tales sunt* (inquit Voss. ubi dudum) *nani & pumiliones, quorum corpuscula, quamvis par- tium a se invicem proportio constet; non tamen videntur integra, quia ad debitum non sunt mensuram.* Ea propter rectius eos, homines in compendium redactos (ut vidimus, ex *Propert.* n. 42.) quam totos dixeris homines. Quia non toti homines in specie homi- num; singulare illorum spectaculum. De Augusto refert Sueton. in eo, cap. 43. *Ad sceni- cas & gladiatorias operas, adolescentulum Lucium honeste natum exhibuit; tantum ut ostenderet, quod erat bipedali minor, librarum septendecim, ac vocis immense.* Mirum, quia nanus, quia ita gracilis, & quia tantulus homuncio Stentorix quidem vocis. His spectaculis summè polt, delectatus Domitianus, ait Iustus Lipsius, 2. *Saturnal.* cap. 4. *Pugnæ etiam nocti sepe exhibuit* (refert Xiphilin. in eo) *& interdum nanos & feminas inter se commisit.* Celebrat Statius, d. 4. v. 51.

Hos inter fremitus, novisque luxus, Spectandi levis effugit voluptas. Stat sexus rudis, insectusque ferri,

Ctesias.

Munster.

An anima rationalis in minimo bum. na ne pura possit in sumis & insignis bi- storia.

Isaac. Voss.

An suæ Pygmaei

Qui dicebatur Pygmaei vel simi, vel demonis sub re- vi hominis specie.

Ctes.

Quo sensu Nani non homines Voss.

Si gladiatores in arena.

Xiphii.

Et pugnas cupit improbus viries. Hic audax subit ordo Pumilonum, Quos natura brevi statu peracto, Nodosum semel in globum ligavit, Edant vulnera, conseruntque dextras, Et mortem sibi qua manu minantur, Ridet Mars pater, & cruenta virtus,

49 At quit huiusmodi historia in nostrum Chorom? Multum propemodum igitur sub Pygmaeorum Gigantiumque metaphora, genuine delicatur denique principalis Tautologia. Gigas dicitur qui validus; & qui inbellis, vocatur Pygmaeus. Claret confusio Moab, ex his quæ passus sub Nabuchodonosor.

Inter Pygmaeos non pudet esse brevem.

Pudet inter gigantes: potissimèque si videret potentia quasi staturæ brevitatem, in eo qui numero, viribus, divitiisque gloriabatur quasi gigas. Fracta est Moabitarum potentia, & detumuit arrogantia; ut cladibus cognosceret, quam amaram, dereliquisse Dominum: etenim qui in cunctis gigantibus instar sibi videbatur magnus; iterum illata, uti Pygmaeus, parvus & modicus, nequaquam multus.

50 Conveniunt cogitationi Versiones in Litteræ expositionem diffusa. Forer. *Relin- quetur sicut racemus parvus in vindemia.* Hebr. *Reliquie reliquum, paucem, parvum & modico minus.* Maluend. *Paucum pusillum, plusquam parvum, parvum minus pusillo. Paucum, parvum minus paululum, valde parvum post pusillum & minus pusillo, valde modicum, paulisper, minus pusillo tempore.* Syr. *Levitas in omni multitudine multa.* Arab. *Cum universa gloria divitiarum eius, quæ pauca, nec pretiose, relinquatur.* Figur. *Omnibus divitijs Moab relinquatur paucus & inonoratus.* Olear. *Residuum, paucum, pusillum non multum.* Congruunt cuncta exterminio Moab, uti vidimus, præ superbia illorum inflati peccatoris. Aliqua ergo ingeramus ad mores; ut inter numerum humilium, magni vocemur in regno celorum.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. Excurs.

1. **P**ARVUS & MODICUS, NEQUAquam multus. Quorsum geminata diminutio- ne sententia; quasi multa possit esse exi- gua & parva? Quæ magna in mundo vi- dentur, quoniam mundi, ad nihilum rediguntur. Aliter accidit, in pauperes elemosynâ largitâ, quam inter bona amplissima secularia: & quia sunt ex in- opibus æterna, & quia fructus multus, qui tribuitur egenti pauper & modicus. 2. **PARVUS & MODICUS, NEQUAquam multus.** Sanè non multus, si modicè parvus: re- geriturque Scriptura imbecillitatis myste- riosam periodum, propter certamen at- que victoriam Innocentium infantium: igitur uti gigantes mirâ floruerunt vir- tute; cum essent parvulli ætate. 3. **PARVUS & MODICUS, NEQUAquam multus.** Ut quæ exprimitur, quod nulla infir- mitas, ubi iam supponitur minor parvo: In excellentiam gloriæ Seraphici Francisci; præ summa, mirâ, singulari hu- militate: equidem vel in terra Minor, multus; cum gigas diceretur modicè parvus.

4. **PARVUS & MODICUS, NEQUAquam multus.** Nescit homo quanti momenti atque lu- cri ex voluntaria, fructifera paupertate: quod quidem impulsit in invidiam Franciscum, ut mundum avarum doce- ret quantum: & qui parvus, quia modi- bus dicitur multus; quippequam opi- cus abundabat, quia nil habebat. 5. **PARVUS & MODICUS, NEQUAquam multus.** Huic opposita Tautologia: *Gigantes sta- turâ magnâ.* Utraque aridet in certâ- mine hæreticorum pravitatis præsum- ptioni, & Hieronymi pro veritati vir- tuti igitur qui videbatur illis parvus & modicus, nequaquam multus; gigas apparuit staturâ magnus. 6. **PARVUS & MODICUS, NEQUAquam multus.** Quo intuitu, *Nequaquam multus;* si mo- dicus, imò parvus? In respicientiam ex honore desipientium, toties regeritur argumentum suppositum: etenim in di- gnitate ex dignitate superiore non mul- tus, qui dotibus congruis, atque meritis parvus. Parvus sane in dignitate, non plus; ni plus ex se sine dignitate.

Stat.

Mantua

Uti. ex- positio.

Varietas leG.